Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1171
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



13

Audierunt autem apostoli et fratres qui erant in iudea
quia et gentes receperunt verbum dei cum ascendisset
at petrus hierosolimam disceptabant adversus
eum qui fideles erant de circumcisione dicentes quare introisti
ad viros preputium habentes et manducasti cum illis incipiens
at petrus exponebat illis ordine dicens ego eram in
ciuitate iappe orans et vidi in extasi mentis mee visionem
descendens vas quasi linteum magnum quattuor
initiis submitti de celo et venit usque ad me intuens in quod
considerabam et vidi quadrupedia terre et bestias et reptilia
celi audiui autem et vocem dicentem mihi surge petre occide et
manduca dixi autem nequaquam domine quoniam commune aut immundum
nunquam introiuit in os meum respondit autem vox secundo de celo quod
deus mundauit ne quid dicas hoc autem factum est per ter
et recepta sunt omnia rursum in celum et ecce viri tres asti-
terunt qui fuerant missi a cesarea ad
me dixit autem spiritus mihi ut irem cum illis nihil hesitans
venerunt autem mecum et sex fratres isti et ingressi sumus in
domum viri intrauit autem quomodo vidisset angelum in domo
sua stantem et dicentem ei mitte in iappe et accersi simonem
qui cognomentur petrus qui loquetur tibi verba in quibus saluus
eris tu et omnis domus tua cum autem cepissem loqui cecidit
spiritus sanctus super eos sicut nos in initio recordatus autem sum verbi domini
sicut dicebat iohannes quoniam baptisauit in aqua vos autem bap
tisabimini spiritu sancto si ergo eandem gratiam dedit illis de
scut et nobis qui credimus in dominum nostrum ihesum xpistum
ergo quis ego qui possem prohibere deum cum dedit spiritum
sanctum credentibus in nomine ihesu xpisti
Hiis auditis tacuerunt
et glorificauerunt deum dicentes ergo et gentibus penitentiam dedit
deus ad vitam et illi qui dispersi erant a tribulatione